



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. I. Ingressus ad sermonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Ingressus ad sermonem de cultu celitum.

Polychronius, Gerardus.

POLYCHRONIVS.



Iam primum ad conscientiae tribunal exegimus: hunc alterum Divis Celitibus dicabimus. Ante omnia velim audire exte, & quæso ignosce quaestioni, Gerarde: Christianus es? GERAR. Sum. Pol. Catholicus? GERAR. Sum. Pol. Ergo jam peroravimus ma-

Nullo
Catholi-
cus nege-
re Celitus
esse vult
ruidos.

Hier. 19. 13.
ad Rom.

Gregor. de
Laud. 5. A.
thanas. dicit.
dicit.

Salomon
plures
deos vene-
rari est.

Tripliter
dicitur di-
vinitas
divis ha-
beretur.

Amicus pri-
mæ admis-
sionis no-
bis exiit.

gnam partem. Nemo Catholicus sanguinis fuit unquam, qui Celites negaret esse venerandos. An nos damna- bimus, quidquid omnia retro annorum sæcula proba- runt: Laus Sanctorum, Laus Dei, qui omnis sanctitatis fons est & origo. Quidquid honorandum aut com- mendandum in Divis est, Dei donum est: quidquid igitur honoris aut cultus Celitibus impenditur, id om- ne in omnium auctorem Deum meritisimam pensionem refunditur. Laudatio servi, honor est Domini. Quod beatus Hieronymus discretè affirmans: *Honoramus, in- quit, reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, adore- mus: honoramus servos, ut honor servorum redundet in Domi- num, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit.* In eandem senten- tiam beatus Gregorius Nazianzenus concedit, & Atha- nasium, inquit, laudans, virtutem laudabo, quoniam omnes virtutes complex suo tenet. Virtutem autem laudans, Deum laudabo, à quo virtus ad homines promanar, cuiusque beneficio nobis contingit, ut ad eum per cognitam illuminationem eve- hamur, vel potius revehamur.

§. I.

Salomon humanæ sapientiæ miraculum, in eum errorem à feminis fascinatus est, ut pro uno, pluri- mos deos venerari ceperit. Roma caput Orbis, & ve- ræ religionis nunc Antilista, olim eò prolapsa est abo- minandæ pietatis, ut diversorum deorum ipsa triginta millia percensuerit nominatim & coluerit. Proh quæ ista & quam vilis deorum annona! alii longius etiam progressi infinitos pane deos posuere; alii nullos: pro- videntes alii, aliqui otiosos. Nos, quotquot Christiani sanguinis censemur, Deum unum agnoscamus, Divo- rum longè ultra triginta millia veneramur. Sed aliud est Deus, aliud Divus, qui quidquid honoris habet & or- namenti, habet à Deo.

Prisco ævo diversi generis amici numerabantur. Erant, quos *Prima admisionis* amicos dixere: Alii *secun- da*, tertie alii vocabantur, scilicet ex ordine quo admis- rebantur. Tiberius Imperator, ipse amicos solitus descri- bere in tres classes, & ab hoc more admisiones dictæ. Si hæc infima divinis fas conferre, Deus etiam amicos numerat, ferè triplici classe distinctos. Amicos tertie admisionis dixeris, qui in gratia sunt apud Deum, sed etiamnum inter mortales degunt. Istos verò secunde admisionis nuncuparis, qui vitæ functi & cælo destina- ti, sed necdum cælo admissi. At illos velut primæ admis- sionis familiares jure veneramus, quos Deus cælo jam recepit, beatissimis sedibus locavit, & verè *admissi* in conspectum. Ethos sciamus auxiliari nobis & nosse, & velle, & posse. Preces nostras audiunt, miseras & erum- nas nostras vident, idque in eo qui videt auditque om- nia. Deus illis voluntarium speculum, & theatrum lon- ge quam amplissimum est, in quo eis universa, prout sunt, repræsentantur. Hæc illi assidue contuendo, incre-

A dibili prorsus voluptate perfunduntur. Beati utique im- mortali lumine circumfusi, & plura & clariùs cernunt in Deo, quàm ullus olim prophetarum. Atqui prophetae ea viderunt quæ esse deficiant, & præviderunt quæ nondum erant.

§. II.

CV ergo Celites, qui omni genâ felicitate circum- fluunt, ea nesciant quæ ad ipsos spectant, quæque ab ipsis sciri cupiant ii, qui opem illorum implorant? Helias clarissimus Hebræorum vates jam in sublime 2. Paral. curru igneo fuerat evectus & tamen quid Joramo Re- 2. 21. v. 12. gi eventurum esset cognovit, & ad eum super futuro statu litteras scripsit. Divinus Paulus à Corinthiis corpore aberat, iisdem tamen præsens animo; & iste nunc celestis gloriæ jubar indutus, rerum inscientiæ labore? An non primus à Christo Pontifex Petrus Christianis promittit, non modò se dum viveret, sed & mortuum uniuscujusque illorum memorem fore? *Dabo autem ope-* 2. Pet. c. 1. ram, inquit, & frequenter habere vos *POST OBITVM* MEVM, ut horum memoriam faciatis. Istud promissi probè cepit Chrysostomus, eaque de causâ, die Principibus Apostolis Petro & Paulo natali, suis Petrum verbis compellat, monetque fidei & pollicitationis, ut qui suis discipulis promississet, eorum se haud immemorem, post discessum è vitâ futurum. Ergo norunt Beati quinam opem illorum implorant; ergo nil obstat quâ notitiam hanc, quo minus auxiliari nobis possint. At jam cælo in- juriam fecerit, qui beatissimam illius familiam non qui- dem neget id nosse, sed nolle affirmet: *Caritas nunquam* 1. Cor. c. 13. *excidit.* Caritas apud illos nunc auctior, inviolabili cursu vers. 8. æternitatis manet intermemora. Et nos pronissimam eorû in mortales voluntatem in dubium vocemus? Verè & venustè Cyprianus: *Magnus, ait, illic nos cædrum numerus* Cyp. lib. de expectat, parentum, fratrum, filiorum; frequens nos & copiosa, mortalit. illic turba desiderat, jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostrâ salute sollicita. Quis autem cum ratione ambigat, de amplissimâ eorum potestate gratiaque apud Deum, à quo, ut canit vates Regius, *Constituti sunt principes super omnem ter-* Psal. 44. ram. Ita iis ipsis olim per Joannem arcanssimorum con- vers. 17. scium promittit: *Qui vicerit & custodierit usque in finem ope-* Apoc. cap. 2. *ra mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas.* Ergo ju- vers. 26. vare nos norunt, & volunt, & possunt.

CAPVT II.

Cultus Celitum contra opiniones asseritur.

GERARDVS.

Obfecro, Polychroni, bonâ tuâ veniâ, liceat mihi, sicut heri pigrum, sic hodie hæreticum agere, & quæ strictim in fundamentum à te prolata, tricorni arietè concutere.

D Placidissimam quietem Divorum turbati necesse est, si ad hominum vota vocisque animum debeant atten- dere, cum alioqui immensissimæ voluptatis suavitudine sic absorbeantur, ut aliò mentem nequeant avocare. Hoc primum: & alterum cornu. In Christum Serva- torem eâ ratione injuri erimus, si aliis insuper advoca- tionem nostram committamus. En & tertium. Nul- lum est in divinis oraculis edictum quod ab eis opem & tu- telam jubeat exposcere.

§. I.

POLYCHR. Gossipio, non ferro præfixus est hic tuus aries. Et ò fatuam religionem! beatatum mentium, quæ Deo felicissimè potiuntur, vim & efficientiam eo modulo metiri velle, quo nostros animos corporum cu- stodiâ & concretionem impeditos. Quid in mortalitatis mala superos adoptamus? hac quidem ratione Angelis, vix